

IX

1. Sanguszki i Czarneckiego Informacya z Odpowiedzią, przeciwko nieznanemu Miastu Czerkassy, oraz Osadom Łomorato i Białozor. - str. 38.

2. Konwent Jasnej Góry Częstochowskiej Zakonu S. Pawła contra Antoni Wybranowski, prob. i przeor i cały Konwent Kanoników Regul. Lateraneńskich z Kłobucka. - (jako dublet ad 15036 III S: II 14 al. usunięto) Romanow str. 73

3. Zwinogrodzkiej starostwa Sołtykowy, Replika na Odpowiedź Branickiego w sprawie Klucza Olchowieckiego uczyniona. - str. 20, K. alb. 6.

4. Wenceslawa Kärer i Michała Szperle etc. Wytłuszczenie sprawy, przeciwko Janowi Pütz, kapitanowi i Franciszce z Braunerów tudzież Janowi Gantzowi i Janowi Janaszowi, jubilerowi. - K. alb. 12.

5. Ze strony Jana barona De Brea: Wykład sprawy - przeciwko Feliksowi br. De Wullus (względem zapłat Sowitej od Komornego nie zapłaconego na terminach). - str. 18.

6. Memoire dans l'affaire du baron De Brea avec le Baron De Wullus. (po polsku i franc.) str. 13.

7. Strzyński Andrzej. Najjaśniejsza Delegacya! (= Prośba o Dekret Executionis na generale Soldenhoffie) K. alb. 3.

8. Julianny z Ropp. Status causae contra Joannem Henricum Fridericum z Brüzken (sprawa spadkowa) K. alb. 13.

9. Z strony Józefa Jerowskiego: Odpowiedź przeciwko Piotrowi Blankowi w sprawie o uznanie Blanka wspólnikiem Büdmera do zakupionej od Jer. prenicy str. 65 + Summaryusz manifestów i pozwów w tej sprawie poczynionych. - str. 3.

10. Frankolda Reinh. z Foelkensahm, majora Przełożenie sprawy przeciwko Maur. Jeremu Adamowi z Foelkensahm. - K. alb. 3.

11. Róży z Platerów Strutyńskiej, wdowy i innych Strutyńskiego sukcessorów Replika przeciwko Piechowskiemu, Podkom. i Joannie z Korwskich małż. - str. XX.

12. (w tejże sprawie) Status causae. - alb. K. 6

13. Konstanty, Wenceslaw i Stefan Jatowieccy. Status causae. Pozwany Franciszek Michalski. Sprawa względem natury Dóbr Sebutynice. - K. alb. 4.

14. w tejże sprawie: Summarium Documentorum (po łacinie) - K. alb. 2.

15. Franc. Gedeona De Witten, brata jego Jana i siostry Elżbiety De Koskul Stan sprawy przeciwko Piotrowi Xiążęciu Kurlandzkiemu. - str. 14.

16 1/2 ~~Proces Wał. Szczawińskiego z prawie Wsi głowi (Litograf)~~

16. Jana Henryka Dyg. De Brückner, Przedłożenie sprawy przeciwko Julianny z Koppów Brückner. (patrz 8.) - K. alb. 17.

17. Z strony Żydków starozakonnych Prozba do General. Konfederacyi z tłumaczeniem interesu. (o uśmierzenie Exekucyi) - str. 18.

18. Salomei z Brzozowskich Sołtykowej Stan sprawy przeciwko Fr. Xaw. Branickiemu, Franc. Wikt. z Worsnieckich Jabłonowskiej i sukcessorom Jabłonowskiego. - K. alb.

19. Kazim. Młodeckiego: Stan sprawy kryminalnej - K. alb. 2.

20. Thelesphorus Billewicz (uti advocatus). Inclytum C. R. Judicium! (W sprawie Cecylii z Wałkanowskich i Filipa Lichockich.) - K. alb. 6.

21. Blank contra Józef Jerowski (patrz 9.). Zawód sprawy. - K. alb. 1

22. Joanny z Kierowskich Piechowskiej i małż. Status causae contra Rosam de Plater Strutyńska (~~[illegible]~~ patrz 11.) - K. alb. 6.

23. Nestora Kaz. Sapiehy Remanifest na zaskarżenia Sężany z hrabiów Cetnerów Sapieżyny żany swej. 1785. - K. alb. 4.

24. Franc. Xaw. Branickiego Odpowiedź na Stan sprawy Salomei z Brzozowskich Sołtykowej (patrz: 18.) - str. 40

25. Replika z strony sukcessorów Jałowieckich przeciw Franciszkowi Michalskiemu. (patrz

26. Rachunek do procesu 4.) - K. 2

Brauner

Inclytum Cæsareo-Regium Judicium!

Secutis fatis Nobilium Joannis & Catharinæ Kozłowskich Civium Cracoviensium, tandem & Filii illorum Nomine Joannis steriliter mortui, exorta est controversia inter Successores, puncto duplicis Successionis, unius quidem è linea descendentali post Catharinam Kozłowska, porro alterius, è linea Collaterali post Filium illius, videlicet suprafatum Joannem Kozłowski.

Controversia hæc consistit potissimum in hoc dubio: An Theresia Kozłowska Filia Nobilium Joannis & Catharinæ Kozłowskie, jam verò Joannis Kozłowski Soror germana, & Nobilis Hiacynthi Pietrzeniec Consors, ex ingressu Religionis amiserit nec, ne? Jus Succedendi tam Catharinæ Matri, quamquoque & Joanni Fratri: in consequenti, an de Jure sibi ad succedendum servienti, Nepti suæ Nobili Anastasiæ Cæciliæ bini Nominis de Walkanowskie, Nobilis Philippi Nerei Lichocki Proconsulis hujus Urbis Consorti, cedere potuerat.

Hac in Causa ut clare procedatur, ante omnia Genealogiam Speciemque facti subjungimus. —

A. Genealogiam quidem prout *A*: quæ cum sit inter Partes extra Controversiam, nulla videtur Necessitas immorandi, circa probationem illius per Documenta. —

Quo ad Speciem Facti Causæ præsentis in hac exhibetur sequens.

Species Facti.

B. 1714. die 17. 8bris Nobilis Theresia Filia Nobilium Joannis & Catharinæ Kozłowskich à Capite Genealogiæ positorum nata prout *B.*

C. 1728. die 19. Januarii mediante Contractu ante nuptiali inter eosdem Nobiles Kozłowskie ab una & Famatum Hiacynthum Pietrzyniec, Matremque illius Rosaliam Pietrzeńcowa, parte ab altera concluso, eidem Famato Hiacyntho Pietrzyniec desponsata extitit. Eadem Theresia prout *C.* —

Ob defectum Librorum Copulatorum & Baptismi, quo Anno prædicti Sponsi Matrimonium contraxerint, Filiamque Nomine itidem Theresiam procreaverint probari nequit, nihilominus tamen. —

Testamentum Ultimæ Voluntatis per Nobilem Catharinam Kozłowska olim Nobilis Joannis Kozłowski Consortem, die 13. Martii 1783. Cracoviæ conditum & ex Sequestro Officii Consularis hujus Civitatis die 1ma Marti 1793. Anno levatum, plenissimè probat, eandem Catharinam ex eodem Joanne Kozłowski prolem sequentem ut potè. —

A 1. An-

1. Annam Susannam.
2. Theresiam. Nobilis Hiacynthi Pietrzeniec Consortem.
3. Joannem.
4. Stanislaum & Mathiam bini Nominis suscepisse: prout *D.*—

1745. die 23. Junii prædicti Theresia de Kozłowskie & Hiacynthus Pietrzeniec, ab Annis septemdecem legitimi Conjuges, obtenta Separatione à Thoro & mutua habitatione Matrimoniali, impetrataque facultate ab Officio Consistoriali Cracoviensi ingrediendi Religionem, Nobilis Pietrzeniec *Scholarum Piarum*, jam verò Uxor *Ordinis Carmelitanarum Discalceatarum*, Religionem amplexi, perpetuum emiserunt Votum prout *E.*—

E. relicta in Seculo circa huncce ingressum Religionis Filia nomine Theresia prout *D.*

D.

1758. die 29. Aprilis Eadem Theresia de Pietrzeńce contraxit

F. Matrimonium cum Nobili Josepho Wałkanowski prout *F.*—

1759. die 15. Martii Eadem Theresia de Pietrzeńce Wałkanowska procreavit Filium Josephum Ignatium Attestantibus Litteris Metrices,

G. prout *G.*—

1760. die 20. Febr. Anastasiam Ceciliam Filiam ad præsens

H. Nobilis Philippi Nerei Lichocki Consortem prout *H.*

1763. die 21. 9bris Josephus Ignatius Filius, Nobilium Josephi Wał-

I. kanowski, & Theresiæ Conjugum obiit minorennis ut *I.*

1767. die 5. Aprilis, e vita discessit attento B. Anna Susanna Con-

K. sors Nobilis Antoszewski & Nobilium Joannis & Catharinæ Kozłowskich Filia ut *K.*

1770. die 12. Januarii extremum vitæ diem confecit Stanislaus

L. Kozłowski prout *L.*

1784. die 8. Julii Inter vivos esse desiit Catharina Kozłowska Ma-

M. ter prout *M.*

1791. die 6. Febr. Morti occubuit Nobilis Joannes Kozłowski pro-

N. ut *N.*—

Eodem Anno 6. Martii Coram Officio Advocatiali & Scabinali Cracoviensi, Religiosa de Kozłowskie Theresia in Sæculo olim Nobilis Hiacynthi Pietrzeniec Consors in religione autem Catharina, *Ordinis Carmelitanarum Dis-alceatarum*, olim Nobilium Joannis & Catharinæ Kozłowskich Filia, jam verò olim Nobilis Joannis Kozłowski Soror germana, illiusque proximior & unica Successtrix, cum Consensu & in Assistentia Religiosi Agneli Conventus Cracoviensis *Ordinis Carmelitanorum Discalceatorum* Prioris & Superioris Agens, de omni & integro Jure Successionis, ipsam, tam post fata Matris, quam quoque Joannis Fratris concernente, Nobili Ceciliæ & Anastasiæ de Wałkanowskie, Nobilis Philipi Nerei Lichocki Consorti, suæ autem recognoscentis Nepti, proximiorique Successtrici cedit, omniaque Bona mobilia & immobilia fatis Matris & Joannis Fratris in se

O. devoluta, donat, prout *O.*—

Eodem

Eodem Anno & Die, ibidem, Eidem Nobili Ceciliæ Anastasiæ Lichocka, Vigóre præmissæ Cessionis & Donationis, ad Curiolam & Hortum in Suburbio Cracoviensi *Strzelnica* dicto, atque duas Lapideas in Platea *Floryańska* acialiter jacentes, olim Nobilis Joannis Kozłowski proprias, jure hæreditario collata extitit, nemine impugnante, Intromissió

P. prout *P.*

In tali statu rerum Contrapars, nimirum Anna de Antoszewskie Kucharska & Hedwigis itidem de Antoszewskie Nankiewiczowa, olim Nobilis Annæ Susannæ de Kozłowskie primo Piekarska, secundo autem Voto Antoszewska Filiæ ex eodem secundo Matrimonii Voto procreatæ, atque Josephus, Casimirus, Barbara, & Anna, Filii & Filiæ, olim Nobilis Joannis Kozłowski, steriliter mortui Sororinæ & filiastri negantes Theresiæ de Kozłowskie in Sæculo & in Religione Catharinæ capacitatem Succedendi, tam Matri, nempe Catharinæ Kozłowska, quam Fratri illius germano Joanni Kozłowski ex hoc unico motivo, quod, ac si eadem Theresia in sæculo, in religione verò Catharina, ingressu religionis, emissaque Professione, jus succedendi amiserit, & in consequenti de hocce jure Nobili Lichocka Nepti suæ, condescendere, nequiverit, excludendo itaque tam Theressiam eandem, ex ingressu religionis, quam quoque & Neptim illius Nobilem Lichocka ab hacce successione, & præsertim post Joannem Kozłowski, se verò ejusdem Joannis proximiores & unicos ex jure Saxonico Successores proclamando, instituerunt Causam & Actionem judiciariam ad Officium Consulare Cracoviense, tam Religiosæ olim in Seculo Theressiæ Pietrzeńcowa quam quoque & Nepti illius Nobili Lichocka fine removendarum illarum ab utraque successione prout constat

Q. ex processu Litt. *Q.* foll: I. ad II.

Religiosa porro Theressia in Seculo Pietrzeńcowa Neptisque illius Nobilis Lichocka, haud negando quod quantum respicit Substantiam fatis olim Nobilis Catharinæ Kozłowska? Successioni in illa Lineam descendentalem respicienti, locus sit in stirpes, Substantiaque hæc in quatuor Partes æquales exdividenda veniat, habito respectu prout *D.* salvis par-

D. ticipatis ad constituendam Generalem Massam comportandis —

Quantum verò concernit Substantiam olim Nobilis Joannis Kozłowski tam profectitiam, ipsum uti Filium qui prævixit Matrem Catharinam, pro Sorte Materna concernentem, quam etiam per ipsum acquisitam sterilibusque illius fatis derelictam? quoniam propter secutam mor-

K. tem Annæ Susannæ Sororis in Anno 1767. ut *K.* Stanislai porro in Anno

L. N. 1770. ut *L.* idem Joannes, morte sua in Anno 1791. ut *N.* reliquit superstitem in vita unicam Sororem Theressiam in seculo, jam verò jure Saxonico non datur locus in Linea Collaterali juri repræsentationis, inde autem resultat, prælibatam Theressiam Pietrzeńcowa solam & unicam olim Nobilis Joannis Kozłowski esse, & fore debere Succestricem, tam itaque eadem Theressia Pietrzeńcowa in Seculo, quam quoque illius Neptis Nobilis Lichocka, reconventionaliter contrapartem ad idem Officium Consulare pro decernenda incompetentia contrapartis Actoratus & Actionis convenit, prout apparet ex processu ibidem gesto & formato Litt.

Q. *Q.* foll: 11. ad 17.—

 Sic

Sic colluctantibus inter se Partibus, Causaque irresoluta manente, Religiosa Theresia in Seculo & in religione Catharina die 28. Mensis 8bris

R. 1793. vitam cum morte commutavit prout *R.*—

Nobilis itaque Lichocka revificando Causam morte mox dictæ Theresiæ in Seculo, Aviæ suæ, interruptam, exhibet Inclyto Judicio hoc scriptum causale, sequentiaque ad resolvendum dubia.—

1. An Theresia Pietrzeńcowa, in religione Catharina non obstante ingressu religionis capax fuerat nec ne? Succedendi tam Catharinæ Kozłowska Matri, quam & Joanni Kozłowski Fratri.

2. Qualis Sors Materna concernat eandem Theresiam.

3. An eadem Theresia pro sola & unica Successtrice olim Joannis Kozłowski Fratris sui germani, exclusis illius Sororinis & Filiastris in Bonis profectitiis & quæsitis ejusdem Joannis reputari valeat & debeat? & in consequenti.—

4. An standum sit in omni Cessioni & Donationi per eandem Theresiam favore Nobilis Lichocka recognitæ.—

Quantum attinet 1mum dubium.

Contra Pars, negativam tuendo, innititur fundamento seu potius prætextui ex Speculo juris Saxonici desumpto Articulo nempe XXV. Foll: 59. in quo dicitur = *Clericus dividet cum fratribus, ad quam Divisionem Monachus non admittetur* = Nobilis autem Lichocka minus credens insistendum esse, in hoc generali Textu Speculi Saxonum, eundem Textum nihil quidquam affirmative dubii hujus favore illius Aviæ Theresiæ resolutioni obstare posse probat sequentibus nimirum.—

(*a*) Annotatione ad Marginem ejusdem Textus Foll: eodem 59. Litt. *a.* quod contrarium practicetur tandem.

(*b*) Glossa sequenti ejusdem Textus = *Clericus dividet* = foll: 60. in verbis „ *Et licet Monachi hic excludantur, tamen secundum Jus Commune, pro eis succedunt Monasteria — postmodum.*—

(*c*) Annotatione ad Marginem Glossæ super puncto *ad quam Divisionem Monachus non admittetur, foll: 61. lit: f.* quod secus sit, de jure communi quia ibi loco Monachi succedit Monasterium & sic practicatur.

Occurrit considerandum quando & qualiter Monasterium de jure communi loco Monachi succedit? Monachos etenim capaces esse *succedendi & testandi* favore præsertim Liberorum ex eodem jure communi clare constat.

Nam capaces esse *succedendi* Monachos probatur.

(d) Codicis, Lib. I. Titt. III. de Episcopis & Clericis c. 56. Deo Nobis §. 1. in Verbis = *Hoc etiam cognitum nobis correctione Nostra dignum esse judicamus, ut si quis in potestate Parentum constitutus vel constituta vel forsan hujusmodi jure absolutus vel absoluta, elegerit se Monasterio vel Clero sociare, vel reliquum vitæ suæ tempus Sanctimonialiter*

dege-

degere voluerit, non liceat Parentibus eosdem vel easdem quocunque modo abstrahere, vel propter hanc tantummodo Causam, quasi ingratum vel ingratam à sua hæreditate vel Succeſsione repellere, sed neceſse sit eis omni-modo, cum ultimam Voluntatem suam perficient, quartam quidem portionem secundum Leges Noſtras eis relinquere, sin autem & amplius voluerint, eis largiri hoc eorum voluntati concedimus, sin vero ultimam voluntatem Parentes neque teſtamento, neque alio ultimo elogio declaraſse monſtrati fuerint omnem Parentum Subſtantiam hæredes, quibus ab inteſtato competit secundum Leges Noſtras sibi defendant, nullo eis impedimento ex Sanctimoniali Conversatione generando, sive soli, sive cum aliis ad Succeſsionem vocantur. —

(*e*) Eadem Capacitas *Succedendi* corroboratur ulterius Auth: Colla: *IX. Titt: VI. Novel: 123. Capit: LI.* in verbis „Nullam vero licentiam damus aut Parentibus filios, aut filiis parentes secularem „vitam relinquentes, vel ut ingratos, à sua excludere hæreditate, Monaſterium aut Monaſticam Vitam subsecutos.—

Eosdem Monachos & Moniales etiam *Teſtamenta condere poſse* deducitur.—

(*f*) Cod: LI. Tit. II. de Sacrosanctis Ecclesiis L. 13. in Verbis = Generali Lege sancimus sive Vidua sive Diaconiſsa, vel Virgo Deo di„cata, vel Sanctimonialis Mulier, sive quocunque alio nomine reli„giosi honoris vel dignitatis fæmina nuncupata, Teſtamento vel Co„dicillo suo, quod tamen alia omni juris ratione munitum ſit Ecclesiæ „vel Clero vel Monacho, vel pauperibus aliquid, vel ex integro vel „ex parte, in quacunque re vel specie, crediderit relinquendum, id „modis omnibus ratum firmumque consiſtat, sive hac inſtitutione, sive „subſtitutione, seu Legato aut fidei Commiſso per Universitatem, seu „speciali sive scripta sive non scripta voluntate fuit derelictum, omni „in poſterum in hujus modi negotiis ambiguitate sublata item.

(*g*) Cod. Libr. I. Titt. 3. de *Episcopis* & *Clericis* L. 20. in Verbis = „Si quis „Præsbyter aut Diaconus, aut Diaconiſsa aut Monachus aut Mulier, „quæ solitariæ vitæ dedita eſt, nullo condito Teſtamento deceſserit, „nec ei Parentes, utriusque sexus Liberi, vel qui agnationis cogna„tionisque jure junguntur, vel Uxor extiterit, Bona quæ ad eum vel „ad eam pertinuerunt, Sacrosanctæ Ecclesiæ, vel Monaſterio, cui forte „fuerat deſtinatus aut deſtinata omnifariam socientur.

Id ipsum, quod in Casu tantum defectus Liberorum Monaſterium Monacho succedat, extantibûs vero Liberis Monachi facultate teſtandi potiantur, elicitur ex novellis sequentibus —

(*h*) Auth. Coll: I. Titt. VI. Novel: 5. de Monachis Cap. V. in Verbis = „Illud quoque decernimus, qui in Monaſterium introire voluerit, ante„quam Monaſterium ingrediatur, licentiam habere suis uti, quo volue-

B rit

„ rit modo, ingredientemque namque simul sequuntur omnino res, licet „ non expresſum, qui introduxerit eas, dixerit, & non erit Dominus „ earum ulteriùs ullo modo, si vero filios habuerit, siquidem contige- „ rit, jam eum res aliquas donaſse eisdem, & hæc faciant quartam ab „ inteſtato ejus Subſtantiæ, nullum in reliquis rebus habeant participium „ filii, sin autem nil eis donaverit aut minus quarta, poſtquam abre- „ nuncians conservatus fuerit, inter Monachos nihilominùs quarta debea- „ tur filiis aut Supplementum, si contingit eos jam aliquod accepiſse, „ aut etiam quatenus totum eis detur „ *tandem probatur &*

(*i*) Auth: Coll: IX. Titt: VI. Novel: 123. de Sanctiſsimis Epiſcopis Cap: 38 in Verbis, „ si qua Mulier aut Vir Monaſticam elegerit Vitam, „ & intraverit Monaſterium filiis non extantibus, Monaſterio quod ingre- „ ditur, res ejus competere jubemus. — Si vero Persona talis filios ha- „ beat & non antequam intret Monaſterium, de suis rebus fecerit di- „ ſpositionem, etiam sic liceat ei, poſtquam Monaſterium ingreditur „ suam facultatem in proprios dividere filios ita tamen ut nullo filio- „ rum suorum minuat legitimam partem, quam vero non dederit filiis „ partem, Monaſterio competat, si vero omnem Subſtantiam inter fi- „ lios dividere voluerit, propria sua persona filiis connumerata, unam „ sibi partem omnibus modis retineat, qua debeat jure Monaſterii com- „ petere. „ *quinimo.*

(*k*) Monachos & Moniales etiam de acquisitis in Monaſterio teſtari poſse. Novellasque V. & 123. Statuentes, quod ingredientem Monaſterium res omnes sequantur, & non sit amplius Dominus rerum suarum, sed illæ Monaſterio competant, abrogatas eſse, probatur poſteriori Con- ſtitutione V. Leonis. „ Ne, quibus, poſtquam Monaſticæ Vitæ inſtitu- „ tum subierint, facultates suppetant, in Universum hi de illis teſtari „ prohibeantur, sed ut, si quo tempore Monaſterium adierint in id quid- „ quam contulerint in illorum poteſtate sit. — ut quemadmodum velint „ de iis quæ sibi poſtmodum pararunt in plenum aſsem etiam Teſta- „ mentum condant: — Sin vero ab initio nil intulerint, tum debeſse ſta- „ tuendi facultatem habeant, Monaſterium autem alteram partem sive „ trientem accipiat. „

Ex his autem relatis juris communis diſpositionibus, non modo ca- pacitatem succedendi per Monachos demonſtrantibus, sed etiam in- dubitatam facultatem teſtandi Monachis, favore præſertim Libero- rum, tribuentibus, certam vero tantum portionem pro Monaſterio præcaventibus, ad exuberantiam patet, nullam Contraparti aſsiſtere competentiam ad vocandam in Dubium Thereſsiæ capacitatem succe- dendi; Bonisque in ipſam devolutis disponendi „ *eo magis.*

(*l*) Quod, eandem Capacitatem succedendi & diſponendi Monaſterium, cui se Theresia dicavit, non modo Thereſsiæ non negaverit sed etiam Conſensum & Aſsiſtentiam eidem Thereſsiæ ad Ceſsionem de Bonis in ipsam devolutis & donationem illorum Nepti suæ Nobili Lichocka præbuerit *tanto autem fortius.*

(*m*)

(m) Quod inter alios Articulos Speculi Saxonum uti Legi divinæ ac Sacris Scripturis, Naturalique & *Civili* Juri contrarios à Sede Apostolica reprobatos, idem etiam Articulus Juris Saxonici XXV. Quod ac si Monacho nulla debeatur hæreditas, uti reprobatus, positus esse legatur in fine Speculi Saxonum foll: 516. Titt: *Articulus Octavus*. —

Reprobatus autem esse legitur foll: 517. Titt *Octavus Articulus* tam per jus Canonicum C. cum ad Monasterium de Sta: Monach: quam quoque & ex eo: quod per Articulum V. ejusdem Speculi Saxonum Libr: 1. admittitur & conceditur, Mulieri fornicanti & adulteranti & quæ se dedit Servituti Malorum, quod in hæreditatem succedere posit, jam vero Artic: XXV. ejusdem Speculi Saxonum, privat Rereligiosos portione hæreditatis, ex eo = quod se Obsequio Dei manciparent accedit animadvertendum. —

Quod eadem dispositio Articuli Saxonum XXV. nec in terris Saxoniæ observatur teste Jurisprudentia Forensi Romano Saxonica à Benedicto Carpsorio Jc. & Consiliario Electorali Saxonico & ita Parte II. Const: XIV. defensione LIX. in Verbis = licet, „ de jure Civili „ Monachus dicatur mundo mortuus, eo tamen non obstante cum Fra- „ tribus suis ad succesionem Patris sui intestati admittitur, sed de Jure „ Saxonico incapax est Monaehus hæreditatis & Patri non succedit Art: „ XXV. Lib: 1. quare nec Moniales ad Succesionem geradæ admitti „ dixeris. — Verum displicuit Sanctio hæc Saxonica Pontificibus „ quare non obstante ea, dispositio Juris Civilis in foro etiam Saxo- „ nico usu observatur. „

Jtem parte *III. N. 4. et 5.* qvod mox dicta disposisio *Artt. XXV. lib: 1.* qvo ad Bona allodialia observantia hodierna abrogata sit. —

Eo autem indubitantius toties dictus Textus *Artt: XV.* speculi Saxonum, in praesenti Causæ Hypothesi obstare neqvit —

Concurentibus Legibus Regni Anteacti Poloniae Annorum 1519. et 1527. intentionem Contra Partis, qva Theresiam ob solum ingressum religionis, à Succesione excludere, et inconseqventi Neptim illius Nblem Lichocka inaudito modo injuriare intendit, elidentibus, et una simul etiam et monasteria à portione favore illorum Jure communi precauta amoventibus, omnium etenim Bona in Monachum devoluta pro Monacho, et illius consangvineis determinantibus. —

Lege enim 1519. *Voll: I. Titt: Praescriptio foll: 389. in Verbis* „ Praescriptio Virginibus Monialibus ad bona haereditaria repe- „ tenda fiat a profesione religionis 20. Annorum, aeqvum enim videba- „ tur favore religionis ut cum illis praescriptio statui debuit et Nuptae „ decennium habeant, ipsae et sponsae Christi, et quæ in Claustris con- „ clusæ et educatæ, tam cito rerum suarum Cognitionem habere non pos- „ sint, duplum habeant — Moniales Capaces esse succedendi plenisime „ probatur. „

Pariter quoque id ipsum probatur, Lege 1527 : *Voll: eodem foll: 478* . *in Verbis* „ *statuimus etiam quod Sanctimoniales* Ordinem aliqvem à Sede Apostolica approbatm professae, tam etsi mundo et Bonis temporalibus renuntiaverint nihilq proprii habere possint, qvia tamen non sunt ubiq debito modo provisae et concessum sit illis, ex indulgentia Sedis Apostolicae, ut succedere possint, in Bona Paterna et Materna in se devoluta, de Illisq libere, cum Authoritate superiorum suorum disponere, qvia multae qverellae Subditorum Nostrorum, ad Nos deferebantur, qvi indigne ferebantur, qvod Moniales succedere deberent in Bonis Paternis et Maternis ad eas post Mortem Parentum, consangvineorum earum devolutis, Jureq illas ab ejusmodi Successionibus repellere nitebantur, Volentes ejusmodi qverellas cohibere, et easdem Sanctimoniales in Bona gratia et favore consangvineorum conservare illorumq necessitatibus benigne prospicere statuimus et ordinamus : Qvod Moniales ipsae Ordinem regularem proffessae in caenobiis ant Claustris manentes, succedere tamen possunt ad Bona Materna et Paterna qvae ad eas devoluta legitime fuerint, alienare tamen illa consangvineis et propinqvis aut in alias personas qvoqvo modo transferri nullomodo valeant sed cum primum ad eas aut earum aliqvam ea ipsa Bona devoluta fuerint, Jure legitimae successionis ac devolutionis proximiores consangvinei, seu agnati et cognati earum, illa tenere et ex illis medietatem omnium Censuum et proventuum pecuniarium, illis et cuilibet illarum solvere erunt adstricti, vita illarum durante, reliqvam vero medietatem proventuum pro se retinebunt et ex illis onera Reipublicae Regni et bellicae expeditionis, sustinebunt *jam vero*. ⟝

§. Etsi iidem Consangvinei *Fol*: 479 . post Mortem vero illarum, eadem ipsa bona illarum ad proximiores illarum Consangvineos rursus devolventur & devolvi debebunt. ⟝

Legibus his Annorum 1519. & 1527. adstipulantur, Posteriores Leges Annorum 1764. & 1768. Legibus 1519. & 1527. non derogantes, ac eo ipso easdem Leges 1519. 1527 suo in robore & Vigore, qvo ad Monachos jam ante Annum 1564. & 1768. professos, conservantes, & praeterea Monachos professionem, post has Annorum 1764. & 1768. Leges emissuros; ad abrennuciandum Successioni Paternae Maternae & cvivis aliae in rem tamen proximiorum Successorum stringentes, decimam nichilominus partem bonorum ad vitae tempora pro Monacho, salvo illius post fata Monachi ad successores Sangvinis regressu determinantes, prout ex Contextu illarum apparet & qvidem.

1764. *Vol*. 7. *Titt*. *o Młodzi Szlacheckiey Fol*. 63. in Verbis; Aże Młodzi Szlacheckiey &c. „ ażeby taki ktory iuż wstąpił i wstępować „ będzie po ukończonym Nowicyacie, zaraz Wyrok przed Aktami „ Grodzkiemi czyli Ziemskiemi ktoremikolwiek Substancyi Oyczystey czy- „ li Macierzystey i wszelakiey in rem Sukcessorow swoich czynili &c. „ anitež części jure Natuae spadaiącey, między innemi konsukcessorami

„ pre-

„ pretendować i przywłaszczać sobie nie ważyli się, ale dziesiątą czę-
„ ścią z części jure Naturae concernenti wynikaiącą, kontentowali się
„ Mocą teraznieyszego Seymu na zawsze Stanowiemy.

Porro 1768. *Vol. eodem Titt.* o nie oddalaniu Dobr Ziemskich od Stanu Swieckiego *Fol. 819. seu potius 820. in Verbis*. Chcąc przy-
„ tym ubespieczyć wszystkich Obywateli w niezmieyszaniu się Maiąt-
„ kow Szlacheckich częstokroć publicznym Rzeczypospolitey Potrzebom
„ użytecznych Stanowiemy, aby *ab hinc* wstępuiących do Klasztoru Mni-
„ szek to tylko było domowey Substancyi uczestnictwo, ktore służy i
„ Stanowi Zakonnemu Duchownemu według Ustawy 1764. Konwoka-
„ cyiney dla Męzkiey Płci &c. *a portio substantiae* Mniszkom tylko
„ *Usui ad vitae tempora* ma służyć z wracaniem się potym *ad Successo-*
„ *res Sanguinis* —

Taliter deducto justo & legitimo Titulo, Theresiae Pietrzeńcowa in Seculo, in Religione vero Catharinae, ad haereditatem fatis tam Matris, qvam Joannis Kozłowski fratris germani relictam, abrenunciandumque illi favore Neptis suae Nblis Lichocka assistente, accedimus *ad Secundum dubium* demonstrandumque —

Qualis Sors Materna concernebat Theresiam Pietrzeńcowa & in consequenti concernit, Nobilem Lichocka? —

Resolutio huius dubii videtur facilis & plana ex eo qvod —

Q. Ultra adducta supra, ipsamet contra pars Scripto Causali jam alias ad officium Consulare perrecto prout *Q.* — *Foll: 26 ad 29*. Nobili Lichocka compententiam concurrendi ad Substantiam Catharinae Kozłowska Matris Theresiae, jam vero Proaviae Nblis: Lichocka agnovit —

Substantia itaqve fatis Catharinae Kozłowska derelicta attenta qvadrina illius prole prout A. in qvatuor Partes, unam qvidem pro Stirpe Annae Susannae, alteram pro Theresia sive Nepte illius Nbli: Lichocka tertiam pro Joanne uti Matrem praevivente, qvartam, pro Stirpe Stanislai Kozłowski ex dividenda venit —

Qvo ad tertium dubium?

Qvod tam qvo ad Sortem Maternam Joannis Kozłowski, qvam qvoque, qvo ad integram Substantiam per eundem Joannem Kozłowski acqvisitam & fatis illius relictam, Theresia Pietrzeńcowa Avia Nblis: Ceciliae Anastasiae Lichocka, pro sola & unica Succestrice reputari debeat, exclusis Sororinis & Filiastris Joannis Kozłowski probatur Seqventibus —

A. (*a*) Genealogia prout *A.* demonstrat Theresiam Pietrzeńcowa uno gradu proximiorem esse consangvineam Joannis Kozłowski fratris, jam vero contrapartem uno gradu remotiorem.

Secundum autem Speculum Saxonum *Libr*: 1. *Art*: 3. *fol* 9. Qvi se in proximiori gradu huic, de cuius hereditate agitur, probaverit prefertur ei, qui ulteriorem Obtinet gradum, *quod corroboratur*. —

(*b*) Glosa eiusdem Speculi Saxonum *Fol*: 40. *ad Articulum* 17. & *textum*, *Filius percipiet* in Verbis *postqvam autem frater & Soror non supersit*, *illi qvi propinquiores erunt succedant*, unde eruitur qvod qvando olim Nblis: Joannes Kozłowski morte sua reliqvit superstitem in Vita sua Theresiam Sororem germanam illam solam et unicam, ipsam itaqve solam & unicam tota haereditas fatis Joannis Kozłowski fratris germani relicta concernit ob adductum clarum Saxonicum Jus repraesentationis in linea Collaterali non admittens, eo certius.

(*c*) Attenta Praxi tali, qvae probatur hac in Civitate Cracoviensi. —

1 *mo*. Decreto Serenissimi Sigismundi *III*. inter Balthasarum Dziembowski et Andream Gołdynowski Cives Cracovienses, „ Feria Secun„da Ante festum Sti. Valentini 1590. anno lato prout *S*.

S.

2 *do*. Decreto Officii Consulariis Cracoviensis inter Succesores Gądkowicianos *die* 14. *Febr*. 1761. *Anno*. lato prout *T*.

T.

3 *tio*. Simili Praxi in Civitate Posnaniensi inter alias Regni Anteacti Poloniae Civitates prestantiori, Plebiscito nempe eiusdem Civitatis *die* 4. *Aprilis* 1598. condito per Sigismundum *III*. *die* 14. *9bris*. 1611. Ann approbato, *prout in Copia simplici U*. testante de simili Consvetudine nimirum: qvod qvamdiu superfuerint Fratres Sorores qve Utrinqve coniuncti, tunc hi in capienda succesione defuncti fratris & sororis, utrinqve coniunctorum prole carentium praeferendisunt, tanqvam proximiores, exclusis Fratrum Sororumqve Filiis et Filiabus, idemqve Mediis fratribus uti gradu remotioribus, Jureqve repraesentativo in collateralibus penitus sublato. qvod tantum in linea dascedente et ascendente locum, prout Juris est, et in hac Civitate hactenus et semper Vigorem habuit retinuitqve, *tanto autem indubitantius qvod*. —

U.

(*d*) Juri repraesentationis in linea Collaterali locum de Jure Saxonico in hac Civitate Cracoviesi non esse, agnitione contrapartis firmetur, Scripto etenim suo Causali in Procesu prout Q. porrecto in Supposito, acsi Theresiae nulla debeatur Succesio fraterna, eadem contrapars *fol*: 26. *ad* 30. ex eo: qvod uno gradu proximior sit Joanni Patruo Jam vero Cecilia Lichocka, uno gradu remotior, Nobilem itaqve Lichocka à Succesione post Joannem Kozłowski excludere conatur, ac eo ipso Juri repraesentationis locum dari non pose fatetur. —

Qvantum ita qve concernit IV. dubium Probata prout supra Theresiae Capacitate succedendi & testandi de Jure Civili, facultate autem abrenuntiandi haereditati ex Juribus Regni mox autem præmiso

Jure

Jure Saxonico et Praxi qvod Theresia Pietrzeńcowa, uti Soror germana Olim Noblis Joannis Kozłowski eundem fratrem prævivens, pro sola et unica eiusdem Joannis Succeſtrice reputanda veniat, eo ipso etiam demonſtratur et deducitur Ceſsioni et Donationi per eandem Theresiam Pietrzeńcowa favore non alicuius extranea Personae aſt favore Neptis reeognitae in omni ſtandum eſse, eo *magis quod.* —

Qvamvis etiam Thereſsia Pietrzeńcowa nullam pro Parte Neptis Ceſsionem recognovisset à Simili tamen Succeſsione Noblis Lichocka per Sororinos et filiaſtros Joannis Kozłowſki arceri neqviret.

Nullum etenim illis Jus ad succedendum Joanni Kozłowſki Patruo, extante in Vivis illius sorore germana Thereſsia et Avia Nblis Lichocka aſsiſtere poſse et debere, Sed solam et unicam Theresiam non exiſtentibus aliis fratribus et Sororibus fuiſse et reputari debere Succestricem, jam supra *a. b. c. d.* probavimus inde autem resultat, Eandem Thereſsiam morte sua, ultra Donationem per ipsam pro re Nblis Lichocka recognitam, Succeſsionem poſt se ipso Jure nemini, qvam Nepti suae Nbli Lichocka porrexiſse. —

Leges qvoqve 1527. 1764. et 1768. Bonorum in Monachos devolutorum per Consangvineos Poſsesionem, et secutis Monachorum sive Monialium fatis ad consangvineos et Succeſsores Sangvinis reversionem et reditionem Vallantes, nulla tenus attrahi valent, indiſtincte ad consangvineos vita functi Joannis Kzołowſki, tantomagis ad Sororinos et filiaſtros illius, nam contextus illarum Legum qvo Monachi ad Abrenuntiandum Succeſsioni non favore proximiorum demortui, Succeſsionemqve porrigentis Monacho, verum favore proximiorum Monachi illius in qvem Succeſsio devoluitur, obligantur, militat pro parte Noblis Lichocka, uti proxima Thereſsiae Succeſtrice. —

Ex praemiſsis itaq supplicat Nblis Lichocka.

Primo. Cassatis Qverelis et Citationibus Contrapartis ſtandum eſse donationi per olim Thereſsiam Pietrzeńcowa in Saeculo in Religione vero Catharinam favore Nblis Lichocka Neptis recognitae ut *O.* ac Intromiſsioni eidem Nbli Lichocka collatae ut *P.* decerni.


Secundo Sortes binas ex Subſtantia Nblis Catharinae Kozłowſka, unam qvidem olim Thereſsiam jure Naturae concernentem, porro alteram Nobli Joanni Kozłowſki uti Matrem previventi, Jure itidem Naturalis Succeſsionis debitam, morte vero illius in Thereſsiam sororem devolutam am vero aliam Subſtantiam qvamvis per Joannem Kozłowſki acqvisitam n Theresiam devolutam et peripsam Nbli Lichocka ceſsam, totam et integram eidem Nbli Lichocka adiudicari. —

Qvia vero Subſtantiam fatis Ctharinae Kozłowſka relictam olim Nblis Ioannes Kozłowſki, secutis autem illius fatis Nblis Joanna Kozłowſka ejus consors relicta Vidua preocupavit proinde. —

Tertio. In Ordine Subſtantiae ejusdem in certa qvantitate & qvalitate Conſtitutionis, Exdivisionis & Extraditionis, Nobilem Joannam Kozłowſka ad producendum hujusce Snbſtantiæ Inventarium, comportationemq; Omnium Documentorum Maſsam Subſtantiæ Catharinæ Kozłowſka enucleantium & Nobili Lichocka communicationem ſtringi eadem Nobilis Lichocka petit.—

Cecylia z Wałkanowſkich Lichocka
Philippus Nerius Lichocki Pro-Consul Urbis S. C. R. A. Mtis Metropolitanæ Cracoviæ, Maritus uti Aſsistens.

Thelesphorus Billewicz uti Advocatus.



Processa
według dawnego
prawa polskiego
i
Pladaty.

~~VIII.~~
IX